

AÑO LIV. || 17 DE MAYO DE 1906 || NÚM. 10.



BOLETÍN Eclesiástico
DEL
Obispado de Astorga.

SUMARIO: Letras Apostólicas sobre el estudio de la Sda. Escritura en el Seminario.—Noticias del Prelado.—Circular de la Sría. de Cámara.—Decreto de la Sda. Cong. del Concilio sobre la comunión cotidiana (conclusión).—Id. id. id. de Indulgencias, concediendo una gracia á los que comulgan diariamente.—Id. id. id. del Concilio «De Seminariorum alumnis».—Edictos de la Delegación de Capellanías.—Circular del Montepío para el Clero Asturicense.—Nombramientos.—Donativos para Su Santidaú.

LETRAS APOSTÓLICAS
REFERENTES AL ESTUDIO DE LA SAGRADA ESCRITURA EN LOS SEMINARIOS

PIVS PP. X

AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Quoniam in re biblica tantum est hodie momenti, quantum fortasse nunquam antea, omnino necesse est adolescentes clericos scientia Scripturarum imbui diligenter; ita nempe, ut non modo vim rationemque et doctrinam Bibliorum habeant ipsi perceptam et cognitam, sed etiam scite probeque possint et in divini verbi ministerio versari, et conscriptos Deo afflante libros ab oppugnationibus horum hominum defendere qui quidquam divinitus traditum esse negant. Propterea in Litt. Encycl. *Providentissimus* recte decessor Noster

ilustris edixit: «Prima cura sit ut in sacris Seminariis
»vel Academiis sic omnino tradantur divinæ Litteræ,
»quemadmodum et ipsius gravitas disciplinæ et tem-
porum necessitas admonent». In eamdem autem rem
hæc Nos, quæ magnopere videntur profutura, præ-
scribimus:

I. Sacræ Scripturæ præceptio, in quoque Semina-
rio impertienda, ista complectatur oportet: primum,
notiones de inspiratione præcipuas, canonem Biblio-
rum, textum primigenium potissimasque versiones,
leges hermeneuticas; deinde historiam utriusque Te-
tamenti; tum singulorum, pro cuiusque gravitate,
Librorum analysim et exegesim.

II. Disciplinæ biblicæ curriculum in totidem annos
partiendum, est quot annos debent alumni Ecclesiae
intra Seminarii septa commorari ob sacrarum disciplinarum studia: ita ut, horum studiorum emenso
spatio, quisque alumnus id curriculum integrum con-
ficerit.

III. Magisteria Scripturæ tradendæ ita constituен-
tur, quemadmodum cuiusque Seminarii conditio et
facultates ferent: ubique tamen cavebitur, ut alumnis
copia suppetat eas res percipiendi quas ignorare sa-
cerdotti non licet.

IV. Qum ex una parte fieri non possit ut omnium
Scripturarum accurata explicatio in schola detur, ex
altera neccesse sit omnes divinas Litteras sacerdoti
esse aliquo pacto cognitas, præceptoris erit peculiares
et proprios habere tractatus seu *introductiones* in sin-
gulos Libros, eorumque historicam auctoritatem, si
res postulaverit, asserere, ac analysim tradere: qui
tamen aliquanto plus, quam in ceteris, in eis Libris
immorabitur ac Librorum partibus quæ graviores
sunt.

V. Atque is, ad testamentum vetus quod attinnet,

fructum capiens ex iis rebus quas recentiorum investigatio protulerit, seriem actarum rerum, quasque hebræus populus cum aliis orientalibus rationes habuit, edisseret; legem Moysi summatim exponet; potiora vaticinia explanabit.

VI. Præsertim curabit ut in alumnis intelligentiam et studium Psalmorum, quos divino officio quotidie recitaturi sunt, excitet: nonnullosque Psalmos exempli causa interpretando monstrabit, quemadmodum ipsi alumni suapte industria reliquos interpretentur.

VII. Quod vero ad novum Testamentum, presse dilucideque docebit quatuor Evangelia quas habeant singula proprias tanquam notas, et quomodo authentica esse ostendantur; item totius evangelicæ historiæ complexionem, ac doctrinam in Epistolis ceterisque Libris comprehensam exponet.

VIII. Singularem quamdam curam adhibebit in iis illustrandis utriusque Testamenti locis qui ad fidem moresque christianos pertinent.

IX. Illud semper, maxime vero in novi Testamenti expositione, meminerit, suis se præceptis conformare eos qui postea voce et exemplo vitae erudire ad sempiternam salutem populum debeant. Igitur inter docendum commonefacere discipulos studebit quae sit optima via Evangelii praedicandi: eosque ex occasione ad exequenda diligenter Christi Domini et Apostolorum, praescripta alliciet.

X. Alumni qui meliorem de se spem facient, hebraeo sermone et graeco biblico, atque etiam, quoad eius fieri possit, aliqua alia lingua semitica, ut syriaco aut araba, erunt excolendi. «Sacræ Scripturæ magistris necesse est, atque theologos addecet, eas linguas cognitas habere quibus libri canonici sunt primitus ab agiographis exarati, easdemque optimum factu erit, si colant alumni Ecclesiæ qui præsertim ad aca-

»demicos theologiæ gradus aspirant. Atque etiam cù-
»randum ut omnibus in Academiis de ceteris item anti-
»quis linguis, maxime semiticis, sint magisteria.» (Litt.
Encycl. *Providentissimus*.)

XI. In Seminariis quæ iure gaudent academicos theologiæ gradus conferendi, augeri prælectionum de Sacra Scriptura numerum; altiusque propterea generales specialesque pertractari quæstiones, ac biblicæ vel archeologiæ, vel geographiæ, vel chronologiæ, itemque historiæ exegesis plus temporis studiique tribui oportebit.

XII. Peculiaris diligentia in id insumenda erit ut, secundum leges a Commissione Biblica editas, delecti alumni ad academicos Sacræ Scripturæ gradus comparentur: quod quidem ad idoneos divinarum Litterarum magistros Seminariis quærendos non parum valebit.

XIII. Doctor Sacræ Scripturæ tradendæ sanctum habebit nunquam a communi doctrina ac Traditione Ecclesiæ vel minimnm discedere: utique vera scientiæ huius incrementa, quæcumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam convertet, sed temeraria novatorum commenta negliget: idem eas dumtaxat quæstiones tractandas suscipiet quarum tractatio ad intelligentiam et defensionem Scripturarum conducat: denique ratione magisterii sui ad eas normas diriget, prudentiæ plenas, quæ Litteris Encyclicis *Providentissimus* continentur.

XIV. Alumni autem, quod scholæ prælectionibus ad hanc assequendam disciplinam deerit, privato labore suppleant, oportet. Quum enim particulatim omnem enarrare Scripturam magister præ angustiis temporis non possit privatim ipsi, certo ad hanc rem constituto spatio in dies singulos, veteris novique Testamenti attentam lectionem continuabunt; in quo opti-

mum facto erit breve aliquod adhiberi commentarium, quod opportune obscuriores locos illustret, difficiliores explicet.

XV. Alumni in disciplina biblica, ut in ceteris theologiæ quantum nimirum e scholæ prælectionibus profecerint, periculum subeant, antequam ex una in aliam classem promoveri et sacris ordinibus initiari possint.

XVI. Omnibus in Academiis quisque candidatus ad academicos theologiæ gradus, quibusdam de Scriptura quæstionibus, ad *introductionem* historicam et criticam, itemque ad exegesim pertinentibus, respondebit; atque experimento probabit satis se interpretationis gnarum ac hebræi sermonis græcique biblici scientem.


XVII. Hortandi erunt divinarum Litterarum studiosi ut, praeter interpres, bonos lectitent auctores, qui de rebus cum hac disciplina coniunctis tranctant: ut de historia utriusque Testamenti, de vita Christi Domini, de Apostolorum, de itineribus et peregrinationibus Palestinensibus: et quibus facile locorum morumque biblicorum notitiam imbibent.

XVIII. Huius rei gratia, dabitur pro facultatibus opera ut modica conficiatur in quoque Seminario bibliotheca, ubi volumina id genus alumnis in promptu sint.

Haec volumus et iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die xxvii Martii anno MCMVI Pontificatus Nostri tertio.

A. CARD. MACCHI.



NOTICIAS DEL PRELADO

Concluida el día 6 la Santa Pastoral Visita en el Arciprestazgo del Decanato, S. E. I. dió principio á la misma en el de Vega y Rivera por las parroquias de Castrillo de las Piedras y Riego de la Vega; continuándola después en las inmediatas hasta el 14, en que fué á pernoctar á La Bañeza con el fin de coronar al siguiente día en esta ciudad con la administración de la S. Comunión y Confirmación y con la visita de iglesias la Santa Misión que han venido predicando los reverendos PP. Miguelez y Obeso, de la Compañía de Jesús. El 16 saldrá de La Bañeza para San Mamed y Sacaojos.

En todas las parroquias visitadas S. E. I. ha sido recibido con verdadero cariño y entusiasmo; sus evangélicas exhortaciones fueron escuchadas con profundo respeto y religiosa veneración, y de sus manos recibieron los pueblos en masa la S. Eucaristía con fervor extraordinario.

Hasta el presente, gracias á Dios, ni la incomodidad de los viajes, ni el duro y pertinaz temporal de lluvias y vientos han quebrantado, la interesante salud de nuestro amadísimo Prelado. Continuemos pidiendo por él y por el feliz éxito de sus trabajos Apostólicos.

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO DE ASTORGA

Próxima la solemnidad de la Pascua de Pentecostés, de orden del M. J. Sr. Gobernador eclesiástico del Obispado, S. P., se recuerda al venerable Clero diocesano lo dispuesto por el augusto Pontífice León XIII en la Encíclica *Divinum illud*, de 9 de Mayo de 1897, en orden á la invocación

del Espíritu Santo, en los nueve días que preceden á su festiviaad. Pueden también hacerse estas preces en los ocho dias que siguen á dicha fiesta.

DR. AGUSTÍN PARRADO

Srio.

SAGRADA CONGREGACION DEL CONCILIO

Decreto sobre la Comunión cotidiana.

(CONCLUSIÓN)

5.^º Para que la Comunión frecuente y diaria se haga con más prudencia y tenga más mérito, conviene que sea con consejo del Confesor. Tengan, sin embargo, los Confesores mucho cuidado de no alejar de la Comunión frecuente ó diaria á los que estén en estado de gracia y se acerquen con rectitud de intención;

6.^º Como es claro que de la frecuente ó diaria Comunión se estrecha la unión con Cristo, resulta una vida espiritual más exuberante, se enriquece el alma con más efusión de virtudes y se le da una prenda muchísimo más segura de felicidad, exhorten por esto al pueblo cristiano á esta tan piadosa y saludable costumbre con repetidas instancias y gran celo los Párrocos, los Confesores y predicadores, conforme á la sana doctrina del catecismo Romano (Part. II, c. LXIII);

7.^º Promuévase la Comunión frecuente y diaria principalmente en los Institutos religiosos, de cualquier clase que sean, para los cuales, sin embargo, queda en vigor el decreto *Quemadmodum*, del 17 de Diciembre de 1890, dado por la S. C. de Obispos y Regulares, Promuévase también cuanto sea posible en los

Seminarios de clérigos, cuyos alumnos anhelan el ministerio del altar; lo mismo en cualquier otra clase de colegios cristianos.

8.^o Si hay algunos Institutos, de votos simples ó solemnés, cuyas reglas, constituciones, ó calendarios señalen y manden algunos días de Comunión, estas normas se han de tener como meramente directivas y no como preceptivas. Y el número prescrito de Comuniones se ha de considerar como el minimum por los Religiosos piadosos. Por lo cual se les deberá dejar siempre libre la Comunión más frecuente ó diaria, según las normas anteriores de este Decreto. Más para que todos los religiosos de ambos sexos puedan enterarse bien de las disposiciones de este Decreto, los superiores de cada una de las casas tendrán cuidado que todos los años en la infraoctava de Corpus Christi, sea leido á la comunidad en lengua vulgar.

9.^o Finalmente, absténganse todos los escritores eclesiásticos, desde la promulgación de este Decreto, de toda disputa ó discusión acerca de las disposiciones para la frecuente y diaria Comunión.

Habiendo dado cuenta de todo esto á N. Ssmo. señor Pio Papa X el infrascrito Secretario de la S. C., en audiencia del 17 de Diciembre de 1905, Su Santidad ratificó este Decreto de los Padres Eminentísimos, le confirmó y mandó publicar, no obstante nada en contrario. Mandó, además, que se enviase á todos los Ordinarios y Prelados regulares, para que lo comuniquen á sus Seminarios, Párrocos, Institutos religiosos y Sacerdotes respectivamente, y den cuenta á la Santa Sede en sus relaciones del estado de la Diócesis ó instituto de la ejecución de lo que en él se establece.

Dado en Roma á 20 de Diciembre de 1905.—+ VICENTE, Card. Ob. de Palestina, *Prefecto, C. DE LAI, Secretario,*

Sag. Cong. de Indulgencias.

DECRETO

CONCEDIENDO UNA GRACIA Á LOS QUE COMULGUEN DIARIAMENTE

URBIS ET ORBIS

Nuestro Santísimo Señor Pío Papa X desea ardientemente que se propague cada día más y dé abundantes frutos de virtudes la laudable costumbre y muy acepta á Dios de recibir los fieles diariamente y con las disposiciones debidas la Sagrada Comunión. Por lo cual, escuchando con dulzura y agrado las muchas súplicas á él presentadas por el Emmo. Cardenal Casimiro Gennari, se ha resuelto conceder una gracia muy especial á todos los que tuvieren esta costumbre ó deseen comenzarla. Clemente Papa XIII, de f. m., por un decreto de esta Santa Congregación, el 9 de Diciembre d.e 1763, concedió que pudieran ganar sin la confesión actual cualesquier indulgencias, que sin esta concesión la considerarían necesaria todos los fieles cristianos que, deseando limpiar su alma con la confesión frecuente, la hicieran á no estar legítimamente impedidos, al menos semanalmente, si continúan en gracia de Dios desde su última confesión. No haciendo, sin embargo, innovación alguna de las indulgencias de jubileo ordinario ó extraordinario y otras á manera de jubileo, para cuyo logro hágase la confesión sacramental en el tiempo señalado en su concesión, así como las demás obras asignadas. Más ahora el Beatísimo Padre Pío X concede el poder gozar de este indulto de Clemente Papa XIII, de feliz recordación, á todos los fieles cristianos que acostumbren á comulgar todos los días en estado de gracia y con pureza de intención, aunque se abstengan de hacerlo algun día que otro de

la semana, sin la obligación de la confesión semanal, que de lo contrario sería necesaria para ganar las de este intervalo de tiempo. Además S. S. declaró que esta gracia valga también para los tiempos futuros. No obstante nada en contrario.

Dado en Roma, en la Secretaría de la Sagrada Congregación de Indulgencias y Sagradas Reliquias, día 14 de Febrero de 1906.—A. CARD. TRIPEPI, *Prefecto.*—L. †S.—A. PANICI, *Arz. Laodicea., Secretario.*

Sgda. Congregación del Concilio.

DECRETUM DE SEMINARIORUM ALUMNIS

Vetuit S. Tridentina Synodus ad sacros ordines ascendere, vel ordines iam susceptos exercere eos omnes qui a suo Episcopo fuerint etiam extra judicialiter prohibiti. Ita namque in *cap. I, Sess. 14 de reform.* statuitur.

«Cum honestius ac tutius sit subjecto, debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quam cum Præpositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatem; ei, cui ascensus ad sacros ordines a suo Prelato, ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extra judicialiter, fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus seu gradibus vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo aut ad priores ordines, gradus et dignitates sive honores, restitutio suffragetur.»

Cum vero generalis hæc lex Seminariorum quoque

alumnos comprehendat, si quis eorum, sive clericus sive clericatui adhuc non iniciatus e pio loco dimitatur eo quod certa vocationis signa non præbeat, aut qualitatibus ad ecclesiasticum statum requisitis non videatur instructus, hic certe deberet, iuxta grave S. Concilii monitum, sui Pastoris iudicio subesse et acquiescere.

At contra sæpe contingit ut e Seminario dimissi, eorum qui præsunt iudicium parvipendentes et in sua potius opinione confisi, ad sacerdotium nihilominus ascendere studeant. Quæritant itaque aliud Seminarium, in quod recipiantur, ubi studiorum cursum expleant, ac denique aliquo exhibito plus minusve sincero ac legitimo domicili aut incardinationis titulo, ordinationem assequuntur. Sanctuarium autem ingressi háud recta via, quam sæpissime fit ut Ecclesiæ utilitati minime sint. Passim vero utrumque Ordinarium, et originis et ordinationis, diu fastidioseque vexant ut sibi liceat ad natale solum regredi, ubique consistere, dioecesi in qua et pro qua ordinati sunt derelicta, et alia optata, pro cuius necessitate aut utilitate minime assumpti sunt, ubi imo eorum præsentia otiosa est quandoque etiam damnosa: unde Episcopi in graves angustias coniiciuntur.

His itaque de causis nonnullarum provinciarum Episcopi inter se convenerunt statuentes in sua Seminaria neminem admittere qui ante fuerit a proprio dimissus.

Sed cum particularis hæc conventio non plene neque undique sufficeret complures Ordinarii S. Sedem rogaverunt ut generalem legem ferret, qua malum radicitus tolleretur.

His itaque attentis, et omnibus ad rem mature perpensis, SSmus. D. N. Pius PP. X, cui cordi quam maxime et ecclesiasticam disciplinam integrum con-

servare, et a sacris avertere quemlibet qui probatis-
simus non sit, accedente etiam voto Emni. S. C. Conci-
līi Patrum in Congregatione diei XVI mensis Decembris
1905 emisso, præsentibus litteris statuit atque decernit:

I. Ut in posterum nullus loci Ordinarius alterius
diœcesis subditum sive clericum sive laicum in suum
Seminarium admittat, nisi prius secretis litteris ab
Episcopo Oratoris proprio expetierit et cognoverit,
utrum hic fuerint olim e suo Seminario dimissus. Quod
si constiterit, omittens iudicare de causis, aut deter-
minare utrum iuste an iniuste aliis Episcopus egerit,
aditum in suum Seminarium postulanti præcludat.

2. Qui vero bona fide admissi sunt, eo quod reticue-
rint se antea in alio Seminario versatos esse et ab eo
deinde dimissos, statim ut hæc eorum conditio cogno-
scatur, admonendi sunt ut discedant. Quod si perma-
nere velint, et ab Ordinario in eis permittatur, eo ipso
huic diœcesi adscripti maneant, servatis tamen cano-
nicis regulis pro eorum incardinatione et ordinatione;
sed aucti sacerdotio in diœcesim, e cuius Seminario
dimissi fuerint, regredi ibique stabile domicilium ha-
bere prohibentur.

3. Pariter cum similis ferme ratio vigeat, qui di-
missi ex Seminariis aliquod religiosum Institutum
ingrediuntur, si inde exeant postquam sacris initiati
sunt, vetantur in diœcesim redire, e cuius Seminario
dimissi fuerint.

4. Dimissi vero ex aliquo religioso Instituto in Se-
minarium ne admittantur, nisi prius Episcopus secre-
tis litteris a moderatoribus eiusdem Instituti noticias
requisierit de moribus indole et ingenio dimissorum,
et constiterit nil in eis esse quod sacerdotali statui
minus conveniat.

Denique meminerit Episcopi, fas sibi non esse,
nomine proprio manus cuiquam imponere qui subdi-

tus sibi non sit eo modo et uno ex iis titulis, qui in Constitutione *Speculatores* Innocentii XII et in decreto S. C. Concilii quod incipit *A primis die XX m. Julii 1898* statuuntur. Ac pariter neminem ordinari posse qui non sit utilis aut necesarius pro ecclesia aut pio loco pro quo assumitur, iuxta præscripta a S. Tridentino Concilio in *in cap. 16, Sess, 23 de reform.*

Vult autem Sanctitas Sua ut statuta hæc et cautelæ omnes a sacris canonibus in re tam gravi adiectæ, ab omnibus Ordinariis ad unguem serventur; idque ipsorum conscientiæ et sollicitudini quam maxime commendat.

Præsentibus valituriſ, contrariis quibuslibet minime obſtantibus.

Datum Romæ, die 22 m. Decembis 1905.

† VICENTIUS Card. Episc. Prænes, *Præfectus.*

L. ✠ S.

CAIETANUS DR. LAI, *Secretarius.*

Delegación de Capellanías.

EDICTOS

I

Con el fin de llevar á debido efecto el convenio celebrado entre la Santa Sede y S. M. sobre Capellanías y fundaciones piadosas, por el presente y término de treinta días, que nos reservamos prorrogar si necesario fuere, se cita, llama y emplaza á todos los que se crean con derecho á la conmutación de las rentas de las Capellanías tituladas de Ntra. Sra. del Rosario y Candelas, fundadas en Séxamo, cuya conmutación tiene solicitada D. Pedro Huerta, vecino de la villa de Bembibre, para que comparezcan ante esta Delegación á de-

ducir el de que se consideren asistidos, con presentación de los documentos oportunos; bajo apercibimiento de que no verificándolo dentro del expresado término, se procederá sin su audiencia á lo que fuera de justicia, parándole, el perjuicio á que en derecho haya lugar.

Astorga 17 de Mayo de 1906.

El Delegado,
JOSÉ MÉNDEZ PENZOL.

II

Con el mismo fin é idéntica forma que en el anterior Edicto, se cita, llama y emplaza á todos los que se crean con derecho á la conmutación de los bienes, dotales, de las Capellanías tituladas de Sta. Bárbara y San Clemente, fundadas en Mones, Ayuntamiento de Petín, para que comparezcan ante esta Delegación á deducir el de que se consideren asistidos, con presentación de los documentos necesarios al efecto; bajo apercibimiento de que, no presentándolos dentro del término de treinta días, se procederá sin su audiencia á lo que en derecho haya lugar.

Astorga 17 de Mayo de 1906.

El Delegado,
JOSÉ MÉNDEZ PENZOL.

III

Del mismo modo que en los anteriores, se cita, llama y emplaza á todos los que se crean con derecho á la conmutación de los bienes dotales de la Capellanía de Santo Tomás Apostol, fundada en Pobladura del Valle, cuya conmutación tiene solicitada D. Francisco Blanco Cabañeros, presbítero y vecino del citado pueblo, para que comparezcan ante esta Delegación con los documentos correspondientes á deducir el de que se consideren asistidos; bajo apercibimiento de que no verifi-

cándolo dentro de treinta días, se procederá sin su audiencia á lo que en derecho haya lugar, parándoles el perjuicio correspondiente.

Astorga 17 de Mayo de 1906,

El Delegado,

JOSÉ MÉNDEZ PENZOL.

MONTEPÍO DEL CLERO ASTURIENSE

En vista de que muchos Sres. Sacerdotes han manifestado deseo de abonar el duplo de la cuota de ingreso que les corresponde, según el art. 24 del Reglamento, (no según el art. 25 como equivocadamente se dice en el art. adicional), la Junta de Gobierno, á fin de facilitar el pago, acordó conceder la prórroga de un mes á contar desde 1.^º de Junio próximo á los que, habiéndose inscrito y hecho el ingreso de la cuota ordinaria, antes de la fecha mencionada, quieran satisfacer lo restante de aquella hasta el duplo de la misma.

No se prorroga el plazo de admisión de socios pensionistas fundadores, señalado en el art. 13 del Reglamento.

Astorga 15 de Mayo de 1906.

El Presidente,
Pedro Domínguez.

NOMBRAMIENTOS

Han sido nombrados:

ECONOMOS

De S. Justo de Cabanillas (Boeza) D. Benito Arias Velasco, Coadjutor que era de Cobrana.

De Paradela de Manzaneda (Trives y Manzaneda) D. Pedro Villar Vazquez, Coadjutor que era de Requejo y Vidueira.

De San Salvador de Cobas (Valdeorras) D. José Herrero González, Ecónomo que era de Pozuelo de Tábara.

COADJUTORES

De Cobrana (Boeza) D. Onésimo del Río Diez, Coadjutor que era de Teijido.

De Teijido (Robleda) D. Juan Antonio Rodriguez Pousa, Regente que era de S. Justo de Cabanillas.

De Seijo (Robleda) D. Roque Veiga Prieto, Pbro. sin cargo.

De la Puebla de Sanabria (Sanabria) D. Norberto Rodriguez García, Coadjutor que era de Paradaseca.

De Puebla de Trives (Trives y Manzaneda) D. José Ramos Barrio Pbro. sin cargo.

De Villoria y Coedo (Valdeorras) D. Enrique Gasoyo Sierra, Coadjutor que era de Seijo.

Donativos para Su Santidad.

D. Bernardo Ferrero, Sacristán mayor de la Santa Apostólica Iglesia Catedral, 1 peseta.—D.^a Angela Rodriguez de Cela 10.—Párroco de Cabañeros 1.—D. Carlos Dieguez y Barja, Pbro. sin cargo natural y vecino de Cañizo de su Testamentaria entregadas por el muy ilustre Sr. D. Antonio Luis y Vidueira, Canónigo de esta S. I. Catedral 150.—D. Antonio Morete, Pbro. 4.—Párroco de S. Mamed de Trives 5.—Parroco de Otero de Sanabria 4'50.—Párroco de Palacios de Sanabria 5.—Párroco de Veldedo 2'50.—Párroco de la Antigua 10.—Párroco de Odollo 2.—Párroco y fieles de Corporales 15.